

cum adversus animam aditum non inventit. »

SED LIBERA NOS A MALO. — Primo, hoc est a tentatione; de hac enim sermo precessit. Secundo, a malo, id est a diabolo, qui praeses et artifex est tentationis, inquit *Tertullianus* et Chrysostomus: hic enim Graece vocatur *τέρας*, ut *I Joan.* v.: « Malignus (*εἰ νοντὴ*) tonat eum; » *I Joan.* v.: « Vicisti malignum, » et alibi: diabolus enim per malos homines, perque carnem et mundum omnes tentat. Tertio, generalis et plenius S. Cyprianus, *De Orat.*, omne malum hic accipit, quod scilicet vel ad peccatum trahit, vel virtutis et perfectionis est impedimentum. Et sic clarum liquet hanc petitionem a praecedenti distingui, esseque septimanam et ultimam. Audi S. Cyprianum: « Quando dicimus: Libera nos a malo, nihil remanet quod ultra adhuc debeat postulari, quando semel protectionem Dei adversus malum petamus, qua imprepara, contra omnia que diabolus et mundus operantur, securi statuimus et tui, Quid enim ei de seculo metus est, cui in seculo Deus tutor est. »

Anagogice: S. Augustinus, *epist. 121*, docet nos hic petere ut libеремus a malo, id est a concupiscentia omnię miseria per gloriam felicitatis eternae: « Cum dicimus, inquit: Libera nos a malo, nos adimmonem cogitare nondum nos esse in eo bono ubi nullum patiemur malum. Et hoc quidem ultimum, quod in Dominica oratione positum est, tam late, tamque evidenter et manifeste patet, ut homo christianus in quilibet tabernaculo constitutus, in hoc genitus edat, in hoc lacrymas fundat, hinc exordiat, in hoc immortetur, ad hoc terminet orationem. » Idem, lib. II *De Pecat. mer. et rem.*, cap. IV: « Deinde, ait, addimus quod perficieut in fine, cum absorbebitur mortale a vita; sed libera nos a malo. Tunc enim nulla talis erit concupiscentia, cum qua certare et cui non consentire jubemur. » Unde Franciscus Lucas hasce tres ultimas petitiones refert ad concupiscentiam, quasi se oreamus: Ignosce, Domine, nobis ea, in quibus sumus abstracti a concupiscentia, haec enim maxima est tentatio; aufer a nobis concupiscentiam, haec enim ingens est malum, quod non nisi in celo auferetur a nobis. Hasce septem petitiones S. Augustinus, lib. II *De Sermone Domini in monte*, adaptat septem donis Spiritus sancti, et octo beatitudinibus, singulas singulis.

AMEN. — Hoc, et S. Hieronymus, signaculum Dominicana orationis, approbant et optant, ut ita fiat. Unde Septuag., *Psal. LXXI*, vers. ult. et alibi, vertunt *ψήστε*, id est *fiat*.

Nota: in Graecis codicibus hic additur: « Quoniam tuum est regnum, et potestas, et gloria in secula. » Et ita legunt Syrus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius; sed videtur id Graci addidisse ex pia et sollemni consuetudine, sicut iudei salutationi Angelicæ addunt: « Quia tu peperisti Salvatorem nostrum. » Et Psalmis:

« Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. » Nam codex Graecus Vaticanus et Roberti Stephani, item Latini Tertullianus, Cyprianus, S. Hieronymus, Augustinus, Ambrosius id non legunt.

Rursus adverbii: in hac oratione nulla sit mentio ingenii, sanitatis, sapientiae, roboris, uxoris, familie, prolum, opum, honorum aliquorumque bonorum nature, quia hie indifferentia sunt, et tantum petenda quateaus ad salutem nostram et aliorum conseruant. Et sic comprehenduntur sub pane quotidiano, vel sub prima petitione, « sanctificetur nomen tuum; » ut scilicet Deum sanctificemus. Denique non est necessum haec petere, quia nobis ultra adjiciunt, si primum queramus Regnum dei, ut Christus promittit, vers. 33: « Neque enim, ut at S. Augustinus, *epist. 121*, in tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum quo in eternitate vivatur, etc. Ut quid ergo per multa despergimur, ac non potius cum *Psalm. xxvi.* dicimus: *Unam petit a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea.* »

Porro, tomo V *Bibliotheca SS. Patrum extat* expositi orationis Dominicæ paraphrasita, cinnata a S. Francisco, que partim litteralis est, partim mystica, quam, quia sublimis est, sapit et fervens, ac Deo, ut videtur, accepta (fuit enim ipse *θεόπλεξ*) visum est hic attbere.

« Sanctissime Pater noster, reator, redemptor noster, salvator noster, consolator noster. » *Quies in celis*, in Angelis, in Sancitis, illuminans eos ad tui cognitionem, quia tu es, Domine, lux, illuminans eos ad amorem tuum divinum; quia tu, Domine, amor es, inhabitans e' implens eos ad beatitudinem; quia tu, Domine, sumnum bonum es, et eternum bonum, a quo omnia bona, sine quo nullum bonum. » *Sanctificetur nomen tuum*: clarificetur in nobis nullitas tua, ut cognoscamus quae sit latitudine beneficiorum tuorum, longitudi promissorum, sublimitas majestatis et profundum judiciorum. » *Adveniat regnum tuum*, ut regnes in nobis per gratiam tuam, et facias nos venire ad regnum tuum, ubi est tui visio manifesta, tui dilectio perfecta, tui societas beata, tui fructu sempiterna. » *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra*, ut amemus te ex toto corde, te semper cogiliendo; ex tota anima, te semper desiderando; ex tota mente, omnes intentiones nostras ad te dirigendo et honorem tuum in omnibus querendo, et ex omnibus viribus nostris, omnes vires sensusque animae et corporis in obsequium tui amoris, et non in aliо exponendo: et proximos nostros amemus sicut nos ipsos, omnes ad amorem tuum pro viribus trahendo, de bonis aliorum sicut de nostris gaudentio, in malis compatiendo et nemini ullam offendam faciendo. » *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*: « Dilectum Filium tuum dominum nostrum Iesum Christum da nobis hodie in memoria, intelligentia et reverentia amoris quem ad nos

habuit, et eorum que pro nobis fecit, dixit et sustinuit. » *Et dimite nobis debita nostra*, « per tuam misericordiam et ineffabilem passionis dilectionis filii tui domini nostri Iesu Christi virtutem, et beatissime Marie virginis et oviuum electorum merita et intercessiones. » *Scut et nos dimittimus debitoribus nostris*; « et quia non plene dimittimus, tu, domine, fac plene dimittere, ut inimicos properet diligamus et pro eis apud te devote intercedamus, nulli malum per malo reddamus, et omnibus in te prodesse studeamus. » *Et ne nos inducas in tentationem*, « occultum sive manifestum, subtilum vsi importunam. » *Sed liber nos a malo*, « præterito, presenti et futuro. » *Amen*, « spontaneo et gratis. » Supradicto modo dicebat scilicet contritio et confessio.

43. **SI ENIM DIMISERIS HOMINIBUS PECCATA** (Graece *ἀπώφεια*, id est offensas) **OBVIUS, DIMITTIT ET VOBIS PATER VESTER COELISTES DELICTA VESTRA.** — Si, scilicet, casta ad hoc alibi requisita adiungit, scilicet contritio et confessio.

43. **SI AUTEM NON DIMISERIS HOMINIBUS, NEC PATER VESTER DIMITTIT VOBIS PECCATA VESTRA.** — *Et enim* dat causam ejus quod precessit, non proxime, sed remotius, vers. 12, more Hebreo, cur scilicet dixerit: « *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*; quia nimur haec est quasi conditio et lex talionis, ut quod proximo facimus, hoc nobis prius quasi jure faciat et rependat Deus, ut ibi dixi. Remittentibus ergo injurias, remittuntur offenses; vindicantes viessim Deli vindictam sibi accusant. Unde Ecclesiasticus, xxxviii, 3, admirans, imo indignans, ait: « Homo homini reservat iram, et a Deo querit medlam? In hominem similim sibi non habet misericordiam, et de pecatis suis deprecatur, etc.? » *Unde* Glossa hic: « In nostra, ait, potestate posuit, qua conscientia iudicium Deli provocemus erga nos, ut sentientiam temperemus: non aliud exigit iudex, quam ut qualem cum volumus erga nos, tales nos praestemus fratribus. »

46. **CUM AUTEM JEUNATUS, NOLITE FIERI SICUT HIPPOCRITES TRISTES; EXTERMINANT ENIM FACIES SUAS, UT APPAREANT HOMINIBUS JEJUNANTES.** — Arabicus: *Jejunia eorum*. Docuit Christus modum orandi; nunc docet modum jejunandi (quia infirma est oratio sine jejunio, ait S. Chrysostomus), scilicet, ut fiat alariciter et secreto, studio placendi Deo, non hominibus. « *Dixit, vers. 1, de Eleemosyna, et vers. 5, de Oratione. Pro tristes*, Graece est *αὐθηπτοί*, id est vultuosi, obscuri, tristes, austri, tetrici, vultu tetrico et scythico, tuncque, quibus opponuntur *δακρι*, id est alacres et lati. Dicuntur *αὐθηπτοί*, quasi *αὐθηπτοί*, id est moesti, turbidi *τούτων*, id est vultu; vel a *αὐθηπτοί*, id est irasci, vultu tristi et obnubilo incedere, quasi bibissent acetum; vel alaudit ad *χαρπά*, id est *οἴτα*, vel *οὐαρπά*, quod *οἴτα*, id est faciem habeant atram, ingravem et tetram instar cacabi et oliae: *jejunita enim, quia corpus desiccat*, acutum bilem utram-

que, factique homines melancholicos et cholericos; cibis vero utramque diluit, factique stuaves, amoenos, benevolos. Quocirca qui res ardutas alias persuaderet conantur, eos adeunt: « *in jejuno*, quia tum morosi sunt et difficiles, sed in prandio, vel post prandium, cum cibo et potu exhilarari faciles sunt, joviales et jucundi. Porro, hypocrites affectabant et indebant vultum tetrum, ut videnter jejunasse; hoc hic carpit Christus, monetque ut omnem vultus mestitiam discutant, faciemque ostendant amorem et letam, quae hilaritatis et hilarii jejuni sicut indicat, aut potius dissimulatio, ut non jejunasse, sed laeta convivari esse videantur. *Hilarum enim datur diligit Deus*. » II *Corinth. ix*, 7.

EXTERMINANT. — Graece *ἀπόφεια*, quod S. Hieronymus veritatem denotantur; S. Hilarius, *confidunt*; Syrus et Chrysostomus, *corrumpunt*. Alii proprii, *obscurant facies suas*, affectingo scilicet et induendo vultus severitatem, pallorem, macrem. Alii, *labeant, obliterant, perdunt et velut et medio tollunt*, ut quasi non appareat, quod Noster vocat *exterminant*. Est enim *ἀπόφεια* obseruare, ac quasi e conspectu tollere, velut qui fuis utuntur, celant faciem suam, sic et qui ficta maiestris tristis palloris luridi sanctimoniam simulant, id est hypocrite, quales erant Scribe. Audi S. Hieronymus: « *Exterminant exiles*, qui extra terminios mittuntur. » Deinde *exterminant* expponens per *demoliuntur*, id explicat, subdens: « *Demolitur autem hypocrita faciem suam*, ut tristitiam simulat, et animo forte latente, luctum geset in vultu. »

47. **TU AUTEM CUM JEJUNAS, UNGE CAPUT TUUM, FACIEM TUAM LAVA.**

48. **NE VIDEARIS HOMINIBUS JEJUNANS** (Arabicus *Ne apparetur hominibus jejunia tua*), **SED PATR TUO, QUI EST IN ABSCONDO** (qui suam essentiam et maiestatem celat et abscondit, quique tam est in locis absconditis quam publicis, tamque videt abcondita cordis quam ostenta operum); **ET PATER TUUS, QUI VIDET IN ABSCONDITO, REDDET TIBI.** — Sufficit, ait Remigius, ut qui est inspecto conscientie, sit remunerato. Familiare fuit Palæstina, immo omnibus Orientalibus, diebus festis et letis usq; faciem lavare et expolire, presertim in conviviis, idque tum ad refrigerium, tum ad mitorem, tum ad coloris et odoris suscitatem.

Cum enim Palestina sit in climate calido et estiusto, hinc fit ut incolae sudent, sudorique faciem deturpet et testem officia: lavant ergo faciem, ut sudorem abluant; ungunt, ut testorem abigant. Haec patent ex Ruth iii, 3; Judith x, 3; II Reg. xi, 20; Luca vii, 46. Ungebant igitur, tum sanitatis, tum recreations, tum deliciarum, tum fragrantie et mollitie causa. Unde illud de Magdalena ungente Christum: « *Et domus impedita est ex odore unguenti*, » *Joan. xii, 3*. In tristitia vero et luctu abstinebant ab uncione et lo-

Nota hic esse catachresin, cui similem audiuitur cap. III, 6 et alibi; non enim veram uinculum hic precipit Christus, sed tantum hilaritatem et dissimilacionem jejunii, q. d. *Ung caput*, non est esto hilaris et pro te fer leuithiam, quasi uetus essem oleo, id est unguento, quod est latitiae causa et symbolum, iuxta illud: « Ut exhalaret faciem in oleo, » *Psal. cii, 13*; imo, ut jejunium dissimiles et convivium similes, adhibe symbolum conviviantium, scilicet uinculum et lotionem. Ita S. Hieronymus, *Theophylactus*, *Euthymius*. Audi S. Hieronymus: « Juxta ritum Palestine loquitur, ubi diebus festi solent ungere capita. Precipit igitur, ut quando jejunamus, laetos et festivos nos esse monstramus. » Huc fuit aurea S. Syncletica, in *Vitis Patrum*, lib. V, libello VIII, n. 19, sententia: « Sicut, inquit, thesaurus manifestus cito expenditur; ita et virtus quilibet, cum innoverit, vel publicata fuerit, exterminabitur. Sicut enim cera solvitur a facie ignis, ita et anima laudibus inanitur et amittit virtutum rigorem. »

Mystice: S. Augustinus, tract. 2 *De Serm. Domini in monte*, cap. XX, per uinculum capituli Iustitiae mentis, quo adhibendi est in omni bono opere; S. Hieronymus vero accipit ipsam virtutum operationem.

19. NOLITE THESAURIZARE (SYNTOS: Ne reponatis; ali: Ne congregatis, vel coacervatis) VOBIS THESAUROS IN TERRA, UBI ERUGO ET TINEA DEMOLITUR, ET UBI FURES EFFODIUNT ET FURANTUR. — Transit ab ostentatione ad avaritiam, eamque taxat usque ad finem capituli. Ultraquam enim laborabant Scribe et Pharisaei, imo longe major pars hominum, qui non nisi opes corraderet omni labore satagunt, ac non raro per fas et nefas, que ingens est vanitas et cecitas. Ostendit ergo hic Christus quae sunt vere opes, quae falsae; nimur, veras esse coecles, falsas esse terrestres, non has, sed illas ambiamus, nec in hiset, sed in illis cor mentemque defigamus. Opes enim in terra et erugo et tinea demolituri. « Hoc non solum de pecunia, ait S. Hieronymus, sed et de eunctis passionibus sentendum est. Gaudi dei venter est: ibi ergo habet cor, ubi est thesaurus. Luxuriosi thesauri opes sunt; lascivia, ludicia, amatioris, libido. Huic servit unusquisque quo vincitur. »

Vis ergo scire quis sit thesaurus tuus, quid ames, quid estimes? Adverte quid sepius in corde verses, quid mente agites et cogites. Si crebro cogitas et ruminas colestia, colum amas; si terrestria, thesaurus tuus est in terra, in terra cor tuus quasi talpa sepelivisti. Si ergo sapi, « mens tua non sit in ære, sed in aethere. »

Huc facit quod S. Antonius de Padua (ut habet ejus Vita) in exequiis cuiusdam usurari concionaturus, hoc thema accepti: « Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum, » dixitque: « Mortuus est hic dives, et sepultus est in inferno. Ita ad thesaurum ejus, et in medio illius invenientis cor eius. » Abierunt amici, et cor adhuc calidum in medio nummorum ejus invenerunt.

Sanctius et sapientius S. Paulinus, Nola episcopus, Nola capta a Wandaliis, Deum orabat: « Domine, non excrucier propter aurum et argentum; ubi enim omnia mea sint, tu sis, » quia scilicet cor habebat fixum in Deo, non in auro.

20. THESAURIZATE AUTEM VOBIS (non filii, non nepotibus, non ingralis heredibus, sed vobis, id est animæ vestre) THESAUROS IN COLO, UBI NEQUE ARGO, NEQUE TINEA DEMOLITUR, ET UBI FURES NON EFFODIUNT, NEC FURANTUR. — q. d. Opes gloriae coelestis sunt incorruptibilis, inammissibiles, stabiles et aeternae: in illis ergo conmentemque figite.

illas omni virtutum studio compare, non vero terrenas, que exiles sunt et cadue, variisque modis cito corrumpuntur et perirent; sed eas eroge pauperibus: « Quem stultitia, ait S. Chrysostomus, illic relinquere unde exiturus es, et non illuc premittere quo iterus es! Thesaurum ubi patriam habes. » Idem hic, *hom. 48*, sub fine: « Si, inquit, intueri volueris animam hominis aurum amantis, invenies eam, ut vestimentum a decem milibus vermium corosum, ita eam perforatum undique a sollicititudinibus et a peccatis pretutum, et aerugine plenan. Verum hadi talis est anima pauperis voluntarii, sed potius fulget ut aurum, splendet ut gemma, efflorescit ut rosa. Non est illic tinea, neque fur, neque sollicitudo negotiorum huius vita, sed siut Angelus ita conversatur. Non subiacet demonibus, non assistit regi, sed assistit Deo: non militat cum hominibus, cum angelis; non habet thesaurum terram, sed celum; non indiget servis, magis autem habet servorum loco passiones; habet servos appetitus, qui regibus dominantur, ut nec respicere audeant. Quid igitur hoc pauperem illius? at non habet equos et currum. Quid vero hi opus est ei qui super nube vehi debet, et esse cum Christo? »

21. UBI ENIM EST THESAURUS TUUS, IMI EST ET CORTIUM. — « Thesaurus tuus, id est quod habes in pretio, id quod amas, quod estimas, quo delectaris, id quod tibi est charissimum, in quo omne tempus studium collocas: « ibi est et cor tuum. » Hoc non solum de pecunia, ait S. Hieronymus, sed et de eunctis passionibus sentendum est. Gaudi dei venter est: ibi ergo habet cor, ubi est thesaurus. Luxuriosi thesauri opes sunt; lascivia, ludicia, amatioris, libido. Huic servit unusquisque quo vincitur. »

Vis ergo scire quis sit thesaurus tuus, quid ames, quid estimes? Adverte quid sepius in corde verses, quid mente agites et cogites. Si crebro cogitas et ruminas colestia, colum amas; si terrestria, thesaurus tuus est in terra, in terra cor tuus quasi talpa sepelivisti. Si ergo sapi, « mens tua non sit in ære, sed in aethere. »

Huc facit quod S. Antonius de Padua (ut habet ejus Vita) in exequiis cuiusdam usurari concionaturus, hoc thema accepti: « Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum, » dixitque: « Mortuus est hic dives, et sepultus est in inferno. Ita ad thesaurum ejus, et in medio illius invenientis cor eius. » Abierunt amici, et cor adhuc calidum in medio nummorum ejus invenerunt.

Sanctius et sapientius S. Paulinus, Nola episcopus, Nola capta a Wandaliis, Deum orabat: « Domine, non excrucier propter aurum et argentum; ubi enim omnia mea sint, tu sis, » quia scilicet cor habebat fixum in Deo, non in auro.

22. LUCERNA CORPORIS TUI EST OCULUS TUUS. SI OCULUS TUUS FUERIT SIMPLEX, TOTUM CORPUS TUM LUCIDUM ERIT. — « Lippientes oculi, ait S. Hiero-

nymus, solent lacernas videre numerosas: simplex oculus et purus simplicia intuetur et pura. »

Ver. 22. 23. SI AUTEM OCULUS TUUS FUERIT NEQUAM, TOTUM CORPUS TUM TENEROSUM ERIT. SI ERGO LUMEN, QUOD IN TE EST, TENERE SUNT, IPSE TENEBRE QUANTE ERUNT? — Dicitur oculus simplex, qui sanus est et externis humoribus, qui visum perturbant, non miscetur, ideoque purus est, sincerus et clarus, q. d. « Si oculus tuus fuerit simplex, » id est purus, candidus et mundus, totum corpus tum lucidum erit et quasi oculatum, quia prævia oculi sui luce et directione omnes actiones suas recte obilit. « Si autem oculus tuus fuerit nequam, » a Graeco τοπες, id est male affectus et viarios humores imbutus, ideoque impurum et obumbratus, « totum corpus tuus tenebrosum erit, » quia carceri luce et duce, pœna illustratione et directione oculi sui. « Si ergo lumen oculare, quod in te est, id est esse debebat, jam obfuscatum, non lumen, sed tenebrae et cœcitas sit, « ipse tenebrae quante erunt? » id est ipsum reliquum corpus naturæ sua tenebrosum, ac, ut ita dicam, eœcum, cum nullum nisi ex oculis lumen habeat, jam oculis suis et luminibus, quasi dubius orbum, quam tenebrosum erit, quamvis in tenebris errabit, palpitabit et cœpitalbit? « Quantas, ait S. Hilarius, necesse est ipsi parum in tenebris esse tenebrarum! »

Est prima parabolæ, ut et pœneque alia Christi gnomi hæc. Per oculum ergo, cum S. Hieronymo, Chrysostomo, Jansenio, Maldonato, Toledo in cap. XI *Luc.*, et aliis, mentem et sensum internum accipe, q. d., ait S. Chrysostomus: A corporibus interiora discit, quod enim oculus est corpori, hoc intellectus est anima. Sic enim oculus dirigit corpus; sic intellectus practicis animam; quod enim hic sensi et gusti, hoc sensi et gusti anima. Unde error et vitium animæ in operando nascitur ex errore et vitio intellectus; quod tandem vitium sape oritur ex prava inclinatione et cupiditate affectus. Quod enim affectus concupiscit, eodem trahit intellectus, ut judicet illud sibi bonum et prosequendum. Hoc est quod paulo ante dixit: « Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. » Illud enim cor hic explicit vocatum oculum mentis, hoc est intellectum practicum, qui omnes actiones luce sua prædit et dirigit. Vult enim doceat Christus animum non posse esse purum et rectum, ac consequenter nec actiones ab eo manentes esse puras et rectas, ubi cor est avaritia et auri cupiditate obsecratum: de hoc enim egit in precedentibus et agit in sequentibus. Sensus ergo est, q. d. Sic oculus purus clara illuminat rectum corpus corporis que motus omnes; sin vero oculus crasso prævo humore obnubiletur, obtenebrat totum corpus, ut illud in tenebris obserbet et cœpitalbit: sic pariter, si mens hominis sit pura, illuminabit omnia animam omnesque ejus actiones, ut rite recteque fiant; sin mens sit pravo affectu et

eupiditate avaritiae imbuta et obsecrat, codem afficit totam animam omnesque ejus operationes, ut non nisi terram et terrenas opes specient et ambient, itisque quasi talpa sese opplicant et excedent. Ex affectu enim peccati membra multis erroribus et ignorantibus practicis obtenebrantur, ut putet sibi licet quod revera est illud, esseque utile quod est damnosum, atque has cœtitias suas encaet et effrenatis suis passionibus, affectibus et actibus communiat, ut exerceat ruinas in rapinas, fraudes, usuras aliquæ sceleræ, que mens ipsa corrigere et frenare debuerat; itaque eos in se cœcas magis ipsa mens exerceat, agitque in cœcas peccatorum ruinas.

Potest secundo, cum S. Augustino et S. Gregorio, lib. XXVIII *Moral.* cap. VI, ac Beda, per oculum accipi intentio mentis; hec enim mentem et intellectum mouet, regit et electif quocunque vel; atque hec ipsa, si pure intendat Deum et divina, velut finem et scopum suum, facit ut opus ex ea manans (intellige si illud in se sit bonum, aut certe non malum) totum sit purum et sanctum: sit intentio sit prava et impura, facit ut opus ex ea manans, licet in se bonum, sit impurum, malum et vitiosum. Nam toto capite, a vers. 4 huic jusque, Christus egit de recta intentione, eamque requiriut in eleemosyna, oratione et ieiunio, hoc est in omni opere bono. Nonnulla huic parabolæ addit Lucas, XI, 35, que ibi velut loco proprio explicanda sunt.

24. NESE POTEST DUOBUS DOMINIS SERVIRE. — Non tantum contrariis, sed etiam disparatis, sive diversi duntur. Est adagium significans rarum et difficile esse duobus dominis, qui fore adversi sunt meribus ethumoribus, satisfacere, aut æque ei addici, servire et obsequi. Non aut famulari; subinde enim quis duobus dominis famulatur, sed servire, id est se addicere, amare per omnia, obsequi et obedire. Id Christus applicat avaritiae et religioni, Deinde cultui, q. d. Non potestis servire Deo et Dili, cœlo et cono, aetheri et ari, numini et nummis. Quare si Deo servire et cor addicere placet, illud ab ære et auro avellendum est. Est hoc tertium Christi argumentum cœteris efficacius, quo Scribas omnesque homines avocat a studio divitarum, quod scilicet impossibile sit eis servire et Deo. Vis ergo servire Deo? noli servire Mammonem.

AUT ENIM UNUS ODO HABEBIT, ET ALTERUM DILIGET; AUT UNUM SUSTINEBIT, ET ALTERUM CONTINENT. — Pro sustinebit, « S. Augustinus legit patet, idque exponit de Mammona, q. d. Mammona, id est opes, est dominus tamen imperiosus et difficultis, ut avari duram sub servitatem servit, ne cum ament, sed sustineant et patiantur ejus herile et durum imperium. Franciscus Lucas vero, censens interpretem legisse in Graeco οὐτετέλος, id est sustinebit, patietur, sic disjunctam hanc exponit, q. d. Servus qui duobus dominis servit, aut unum odit et alterum diligit; aut si neu-

trum diligat, sed utrumque oderit, unius imperium foret et sustinebit, alterius contemnet. Verum Graeci hic, quea ex Luke cap. xvi, 13, constant habent non *adversari*, id est patietur, sed *adversari*, id est *uxi adhæret*, ut veritatem Noster, *Luc. xvi*, 13; Syrus et Arabicus : *unum honorabit*; Vatibus : *uni se detet*, uni cor suum affiget, uni obsequium impendet, id est unum diligit, ut paulo ante dixi. Sensus enim hujus positionis disjunctiva est, q. d. Servus duobus dominis serviens, ambo bus serviet, sed aut hunc odio habebit, illum diligit; aut vice versa hunc diligit et sustinebit, illum odiet et contemnet, v. g. Si odit herum Jacobum, diligit herum Joannem; sin diligit Jacobum, odiet Joannem; cui enim mores unius placent, huic mores alterius, utpote diversi et sepa contrarii, displicant: quare illum amabit, illi obediet serviet, hunc odiet, nec prompte ci obedire aut servire volet.

SUSTINENT. — Ergo hic idem est quod favebit, tuebitur, favebit, sustentabit. Sie Cicer, *I offic.* ait : Magistratus esse sustinere dignitatem et decus civitatis. » Et *Orat. pro Flacco* : « Vos rempublicanum humeris vestris, judices, sustinetis. » Et *pro Rabioru* : « Labentem excepti, corrue re non sivit, fulsit et susfinit re, fortuna, fide, ho dieque sustinet. » Et Brutus, epist. *ad Ciceronem* : « Apuleium, inquit, tu auctoritate sustinere debes. » Sic matres sustinent, id est alunt et sustentant suos infantes, magistri discipulos, heri servos, et vi cissim filii parentes, discipuli magistros, servi heros. Unde Virgilius, *H Georg.* :

Ille patriam, parvisque nepotes
Sustinet.

Sie et Livius ait : « Milites flaviatili pisce et herbis sustinabantur, id est sustentabantur.

NON POTEST DEO SERVIRE ET MAMMONE. — q. d. Non potestis vos addicere Deo simul et studio opum, ut cor vestrum affigatis utrique, ut utriusque curas, operas et labores vestros impendatis; praesertim quia Deus illa vult coli et amari supra omnia, ut nullum rivalem patiatur, nec sinat aliquem sibi in amore aequali aut comparari. Vice versa, opes ita cor et curas divitiae avari ad se rapiunt, ut non sinant illa Deo impendi.

Nota : Hebr., *מִתְּנָא matmon*; Chald. *mamon*; Syriac. *mamona*, ait S. Hieronymus, vocantur divitiae et thesauri, quos in arcis recondunt divites, a radice *תַּנְנָא tannan*, id est *abscondere*. Aut, ut Angelus Caninus in *Vemin. Hebr. Novi Testamenti*, a radice *תַּנְנָא tannan*, id est *firmare, stabilire*. Nam, ut dicitur, *Proverb. x, 15*: « Substantia divitiae, ursa fortitudinis ejus. » Sic opes Hebraeas vocantur *חַיִל chail*, a robore, quod divitiae facient valorem et potentem; sed tum potius scribendum esset *mamon* et *mamona* per simplex *m*, quomodo in libris Chaldaeis et Syris scriptum habetur. Hinc et lucrum Punice (Punica enim lingua est affinis Hebreas) vocatur *r̄ammon*, ait S. Augustinus,

lib. *De Serm. Domini in monte*, cap. xxii. Ille quoque Persicus pro *Mammone* vertit *divitias et bonis caducis*.

Porro S. Ireneus, lib. III, cap. x, *mammonas* interpretatur *cupidum*, quod interpres ejus exponit, quasi S. Ireneus *Mammone* derivel ex *מִתְּנָה mithnah*, id est macula, et *מִתְּנָה mithnah*, id est opes, ut *mammona* sit idem quod *maccu divitiarum*; talis enim est cupiditas vel avaritia, que maculata, immo perdit opes eas recondendo ut ab aegidine comedantur, non vero ergoendo eas in egentes, que est quasi opum vita, salus, finis et felicitas, que ad hunc usum a Deo et natura creare sunt.

Nota : non dicit: Non potestis opes habere et Deum: utrumque enim habet Abraham, Isaac, Jacob, David, Salomon multitudinem *Sancti*, qui divitiae non affixeret cor, quia eis usi sunt ad pia opera; sed non potestis *Deo servire et Mammone*; qui enim servit *Mammone*, opum est servus, quae non regit ut dominus, sed ab eis regitur quasi mancipium, ut omnes labores et dolores suscipiat quos cupido opum illi suggestit. Sane dura et miserabilis est hec seruitus : « Servire vero Deo regnare est » Vere S. Bernardus, *serm. 21 in Cant.* : « Avarus, ait, terrena esurit ut mendicus; fidelis contemnit ut dominus. Ille possidente mendicat; isti contemnendo servat. » Igitur :

Imperat aut servit regina pecunia cuique.

Imperat avaro, servit liberali. Et quid est aurum et argentum, nisi terra rubra et alba? ait S. Bernardus.

Opponit Deum *Mammone* apposite, quia *Mammone* sive Plutus, vel *Pluto* (*πλούτος*: enim vocantur divitiae) qui et *Dis* dicebatur, a *Gentibus* celebatur quasi divitiarum Deus. Unde Cicer, lib. II *De Natura Deorum* : « Terrena, inquit, vis omnis atque natura *Diti Patri* dedicata est, qui dives, ut apud Graecos *Πλούτων*, quia et recidunt omnia in terras, et orientum et terra. » Avari ergo Deus est *Mammone*, sive *Pluto*, qui eum secundum inferos (ibi enim est regnum et regia Plutonis) deducet.

Audi S. Augustinum, libro IV *De Civit.*, cap. xxi: Gentiles commendabant se « dea Pecunie, ut pecuniosi essent; deo *Esculano*, et filio ejus Argentino, ut haberent aream aureamque pecuniam. Nam ideo patrem Argentini *Esculano* posuerunt, quia prius area pecunia in usu esse copit, post argentea. Miror autem, quod Argentinus non genuit *Aurinum*, quia et aera subsecuta est. Quem deum si isti haberent, sicut *Saturno* Jovem, ita et patri Argentino, et avo *Esculano* *Aurinum* præponerem. » Causa cur pecunia facta sit dea, est ejus potentia et imperium: nam, ut ait Ecclesiasticus, cap. x.: « pecunie obediunt omnia; » pecunia enim comparantur dignitates, vina, epule, vestes, equi, currus, et quid non? unde Osee, cap. XII, 8, de talibus ait : « Verumtamen dives et

fectus sum, inveni *Idolum vñili.* » Ille et Juvenilia, *Satyr. I*:

Inter nos, inquit, sanctissima divitiarum Majestas.

Et Petronius Arbiter eas Jovi pares facit vel superiores :

Quidvis, inquit, nemmis presentibus opta,
Et venit: clausum possidet arca Jovem.

Et Auctor Antologie :

Nunc vulgas superex vix putat esse deos;
Nimirum ingenti congeta pecunia cura
Est Deus: humanas numi regit illa vices.

Vnde Aristophanum in *Pluto*.

Precalare S. Hieronymus, epist. 28 *ad Luciferum*: « Non potestis, inquit Dominus, Deo servire et *Mammone*. Aurum depone incipientum est, non perfectorum. Facit hoc Crates Thebanus, facit Antiphenes; seipsum offere Deo, proprie Christianorum est et Apostolorum; qui duo cum viduas pauperes suis in gasphylactium era mittentes, totum censem quem habuerunt, Dominum tradiderunt, et merentur audire: *Sedebitis super duodecim solia, iudicantes duodecim tribus Israel.* » Denique divitiae dictae sunt, eo quod dividant distractant mente, ait S. Ambrosius, lib. *De Abraham*, sicut deviserunt Abraham a Lot. Genes. XIII.

23. **IDEO DICO VOBIS, NE SOLliciti sitis ANIME VESTRE QUID MANDUCETIS, NEQUE CORPI VESTRO QUID INDUIMINI.** — *Anima* : illa enim eget cibum, non precise pro se, sed ut in corpore retineatur illucque animet et vegetet. Rursum in anima est omnis cibi sensus, gustus et delectatio. *Aut anima*, id est vite, ait S. Augustinus, anima enim est causa vite.

Pro « ne solliciti sitis », Grace est *μὴ περιπέτειαν*, id est ne anxie cogitis, ne cum cura, anxiate et erumpta solliciti sitis: *μὴ περιπέτειαν* enim dicitur a *περιπέτειαν τὸν κόσμον*, quod studium congregandi opes animum dividat, et in variis cogitationes, curas, sollicitudines, anxieties distractat et quasi dissecet. Non ergo prohibet hic Christus providam diligentiam et laborem procurandi sibi suisque necessaria ad vitam, ut voluerint Euchite (qui volerant semper orare, et nunquam laborare), contra quos S. Augustinus scripsit librum *De Operi monachorum*; sed vetat eorum sollicitudinem anxiam, preoccupatam, intempestivam, timidam, Deo diffidentem, cor in terra defigentem et a Dei servitio distrahebant.

Aitque ut eam confutet nobisq; eximat, adhibet septem rationes sive argumenta: Prima est hoc versu in verbis proxime sequentibus, pertinente a cura corporis nostri, quam gerit Deus. Secunda, vers. 26, ab avibus, quas Deus curat et pascit. Tertia, vers. 27, quod omnis nostra sollicitudo inanis sit sine Deo. Quarta, vers. 28, a lii-

et feno, que vestit et ornat Deus. Quinta, vers. 32, quod hoc sollicitudo paganorum sit, non Christianorum. Sexta, vers. 34, quia ad Dei scientia omnia et gubernanda providentiam pertinet de victa nobis providere, ut querentibus regnum Dei alimenta adjiciat. Optima, vers. 34, quia sufficit diei malitia sua. Tot argumentis ultim Christus, quia longe major hominum pars laborat hac nimia sollicitudine, adeoque a mano in vesperam non aliud cogitat, on aliud laborat, quam ut cibum et vestitum sibi suisque comparet, quae est magna miseria et plus quam aeternus labor.

NONNE ANIMA PLUS EST QUAM ESCA, ET CORPUS PLUS QUAM VESTIMENTUM? — Est hec prima re, contra anxiem et nimiam sollicitudinem rerum temporum, petita a minori, sive a minus verisimili ad id quod magis verisimile, q. d. Deus qui nobis animam et corpus dedit, imo ex nihil creat, et continue conservat et quasi creat, hic utique omnibus dabit que minora sunt, puta escas et vestes, sine quibus corpus et anima non possunt subsistere. Ita S. Augustinus, *Chrysostomus*, *Theophilactus*, *Euthymius*, *Vero S. Chrysostomus*, homil. 57 *ad Populum* : « Deo, ait, pascente, non est opus nos esse sollicitos. Nam divites egurci et esuriri; inquirent autem Dominum, non ministrum omni bono. » *Psalm. xxxiii.*

26. **RESPICITE VOLATILIA COELI, QUONIAM NON SE-RUNT, NEQUE METUNT, NEQUE CONGREGANT IN HORREA;** et PATER VESTER COELESTIS PASCIT ILLA. **NONNE VOS MAGIS FLURES ESTIS ILLIS?** — Grate *πάλιον θεοπάτερων*, id est magis differtis ab illis? multum precellunt illis?

Est secundum argumentum quo probat Christus nos non debere esse sollicitos de vita et vestitu, petitum ab avibus, ideoque a minori ad majus. q. d. Si Deus aves irrationales de non sollicitas, nec pro eo laborantes, sed otiosas, ac subinde odiosas, v. g. corvos, ut habet Lucas, cap. XII, 24, pascit, datque eis illaboratum cibum et cibum; quanto magis pascet vos, qui estis homines rationales, creati ad imaginem ejus, immo filii ejus et heredes, Christi sanguine redempti, pro quibus proinde tot agricultores procurant, quos facit serere, metere et tritare, ac tot moltores molere, tot pistores pincere panem, etc. I Comparat homines non bobus terrestribus, sed avibus celestibus, ut doceat eos debere esse coelestes, et instar avium et terra in colum mente avolare, indeque cibum tum corpori, tum animae necessarium, quotidianis a Deo expectare et postulare. Aves enim quotidiana annona conserante, de crastina non sunt sollicita, sed in Dei providentia placide conquiescent, tantumque volatut et canuti vacant. Poterat Christus, ait Chrysostomus, « hominum proferre exempla, ut Mosen, Eliam, Joannem, qui de vita non fuerit solliciti; sed ut magis audientium conscientias verberaret, de irrationalium illos securitate commo-

nuit. » Cur enim homo non faciat, quod faciunt
aves? cur sollicitus sit, cum non sint sollicitae aves?

Quocirca S. Franciscus mire delectabatur avibus, preserfim alaudis, easque ad Dei laudes concinendas invitare solebat. Unde et illi mox a morte suo canit parentarum alauda. Magna enim copia ad teatum domus, in qua mortuus erat, advolantes, dicitur cum insolita jubilatione gyantes, Sancti laudes et gloriam celebrarunt. Solitus erat ipse fratres sui ordinis comparare alaudis et ut eas imitariuerunt. Nam alauda: *Primo*, inquit, cristam habet instar galeri, unde et galerita vocatur, teste Plinio, libro XI, cap. XXXV; sic et Minorita cucullum gestant sive caputum, ut meminerint se puerorum, qui cucullis caput suum involvunt, innocentiam et humilitatem imitari debent. *Secondo*, alauda est cinerea coloris; cinerea est et tunica fratrum, ut recordentur illius dicti a Deo ad protoplastum: « Memento, homo, quia pulvis, sicut cinis es, et in cinerem reverteris. » *Tertio*, alauda vivunt in parapatre, sine sollicitudine grana, que terra præbet, carpentes; sie et fratres profuteron pauperiter, mendicato vivunt sine sollicitudine, in Dei providentia et fidelium charitate spem animos reponebant. *Quarto*, alauda mox ut granum invenerint et comedent, in colum ferunt volatu directo et sublimi, ita ut aciem intuentum fugiant, canentes et quasi gratias agentes Deo omnium parenti et altori. Idem etiam fratres, « quia panem Angelorum manducavimus homo », id est panem ex elemosyna quesitum, ad quem fratibus mendicantibus dandum Angeli instigant eos qui sunt divites. *Quinto*, alauda dicuntur a laude, quod assiduo canto Deum laudent; sie et fratres terrena despiciant, coelestia appetant, quasi hospites terre et cives ciuii, sciantque a Deo vocatos ad hoc, ut jugiter Deum laudent, tum psalmoda, tum predicatione et sanctitate vite. Ita refert Lucas Waddingus in *Annal. Minororum*, anno Christi 1226, n. 39, et alii. Audi S. Ambrosius, serm. in cap. I *Malachia*, qui exfat in fine tom. II: « Aves, inquit, propter viles escas gratia agunt; tu pretiosissimis epulis passeris, et ingratuis es? Quis igitur non erubescat sensum hominis habens, sine psalmonrum celebritate diem claudere, cum ipse aves ad gratificandum psalterius ueritate persuletur; et eis gloriam non versum dilectione personare, cuius huiusmodi cantilena pronuntiant? Ita nudem volvences modulata cantilena pronuntiant? Ita nitem ergo, frater, minutissimas aves, mane et vespera creatoris gratia referendo. Et si es devotior, imitare lusciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia per vigili cantilena decurrit. Et tu igitur tuis laudibus diem vincens, operi tua addere nocturna curricula, et insomne suscepti laboris industria psalterii serie consolare. »

Aval-
tia cau-
louer.

Denique idem S. Ambrosius, in cap. XII *Luc.*, ad illa vers. 24: « Considerate corvos, quia non seminant, etc., et Deus pascit illos, ex hoc loeo docet causam inopie nostra esse avaritiam: « Etenim inquit, illis (corvis) idecirco inclaborat publius exuberat, quod fructus sibi communes ad escam datos speciali quodam nesciunt vindicare dominata. Nos communia amissimus, cum propria vindicamus; nam nec proprium quidquam est, ubi perpetuum nihil est; nec certa copia, ubi incertus eventus. Cur enim divitias tuas astimes, cum tibi Deus etiam victimum cum ceteris animalibus voluerit esse commitem? Aves celi speciale sibi nil vindicant, et in oculis pabulis indigere nesciunt, quia aliis invidea non norunt. »

27. QUID AUTEM VESTRUM COGITANS (Grecō μέντης. Vers. 27. πάνερ, id est sollicitus, sollicite cogitans, anxius ζητεῖ, curans, hoc est, sollicita sua cogitatione, disquisitione et molitione: « Sollicitudo enim est agitudo (inquietudo, anxietas) animi cum cogitatione, » ait Cicero, *Tuscul. IV.*, POTEST ADIUCERE AD STATUTAM SUMMAM CURIUM UNUM? — Est tertium Tertium argumentum a majori sive magis verisimili ad minimum. Unde Lucas, xi, 26, addit: « Si ergo quod minimum est non potestis, quid de cetero solliciti estis? » q. d. Si frustranea est cogitatio, sollicitudo et labor, qua quis vellet excogitare modum adjicendi statuta sue cubitum unum, ut scilicet longior et altior fieret quam sit, cubito uno: licet enim mille annos cogitat, et cogitando se discrucieraret, nunquam id perficeret; quanto magis innatis est anxia sollicitudo, qua quis vitam per escam anxi conservare et prolongare suæ industria molitur; solius enim Dei est, ut corpus a se creatum augere ut ad justum statutum exerescat, ita multo magis vitam quam debet, conservare et ad finem a se statutum producere, ac consequenter alimenta ad hoc necessaria paterna sua providentia procurare et subministrare.

Notat Euthymius hic nominari cubitum, quia cubitus est propriæ mensura stature humanæ. Omnis enim homo recte formatus suorum cibitorum quatuor habet in altitude, et quatuor in latitudine; scilicet, si extensis sit brachis, ut hec extensio latitudini addatur; extenso enim brachiorum est mensura stature cuiusque hominis, atque hac ratione homo est quadratus, hoc est, tam latus, quam longus, ut discat esse quadratus et solidus in constantia et virtute.

28. ET DE VESTIMENTO QUID SOLlicitudo ESTIS? CON- Vers. 28.
SIDERATE LILIA AGRI, QUOMODO CRESCUNT: NON LA-
BORANT, NEQUE NENT.

DICO AUTEM VOBIS: QUONIAM NEC SALONON IN Vers. 29.
OMNI GLORIA SUA COOPERTUS EST (Grecō ταπείζεται,
id est amictus, induitus fuit; Arabicus, vestitus fuit)
SICUT UNUS EX ISTE. — Est quartum argumentum Quartum
ad elegantiæ illorum. Si enim Deus lilia tanto
candore, decore et pulchritudine vestit et ornat, quanto magis homines in se confidentes ueste ne-
cessaria donabit!

Inuita lilia, dum crescunt et nutruntur, suis involucris quasi uestibus obvolvi. Porro, mira est

Vestiture
gum in
lilia.

Hiliorum venustas, fulgor, fragranzia, ordo, decor, elegantiæ, celstido, quibus ea condecorat Deus, de quibus Plinius, lib. XXI, cap. v.

Menimit Christus liliorum et vestis sive paludamenti Salomonis, quia hoc erat candidum, floridum et liliatum, scilicet intertextum, vel opere phrygonico acutipictum lillorum effigiebus, et lillorum candentium fulgorem æmularatur; hoc enim suo candore, decore et pulchritudine est elegantissimum, ideoque fuit vestis regum et principum. Audi Pausaniam in *Elaeis*, lib. V, cum Jovis describit simulacrum: « Cui, præter alia, pallium erat aurum: in eo cum diversis animalia, tum ex omnibus florum generibus, lilia in primis celata erant. » Et *Marcellinus*, lib. XIV, inventus in luxum vestium: « Longioris, inquit, finitiae tunice perspicua lucent varietate lillorum, effigieata in species animalium multiformes. » Hinc et suam illam nobilissimam candidissimamque togam, donata sibi a Parthenio, cubiculi Domitiani prefecto, cum liliis comparat *Martialis*, lib. VIII, 28:

Lilia tu vicis: nec adhuc dilapsa ligustra,
Et Tiburino monte quod abet chur,
Spartani ubi cedet olor, Paphigene columbe,
Cedet Erythraea eruta gemma vadis.

Ita *Pineda*, lib. VI *De Ribus Salomonis*, cap. v.

Agapio: lilia et liliæ vestis representant stolam immortalitatis et gloria quia suos electos in celo amiciet Christus. Unde *Psalmus XLIX* inscribitur: « Pro liliis (I) sie, pro ii qui communitur, » scilicet a morte in immortalitatem, a miseria in gloriam. Quocirca *Hilarius* hic pro « lilia non laborantia » significari intelligit « Angelorum celestium claritates, quibus extra humanae scientie eruditum a Deo gloria candor inductus est; et cum in resurrectione similes omnes Angelis erunt, sperare nos celestis gloria volunt opulentum, exemplo Angelice claritatis. Lilium enim etiam avulsum a radice et a terra, ex se effloscit et virescit, et rursus suo honore vestitur. Ita same Angelorum virtutes ex sua origine, ut sint semper, accipiunt. »

Porro, quam illa sint speciosa, deincepsque principes sponsos, presertim Salomonem et Christum, proinde quam iis delectaretur Salomon, patet ex ejus cantibus, ubi sepius aut de sposo: « Qui pascerit infer lilia. » Et cap. II, 16, et cap. VI, 2, et cap. VII, 2, : « Venter tuus, inquit, siue acervus triticis valلات liliis. » Imo cap. II, 4: « Ego, inquit, flos campi, et lilium convallium, »

Porro, Christus prefat lillorum pulchritudinem liliatæ ex filio argenteo Salomonis uestibus,

(1) Rectius haec verba *Psalm. XLIX* prelata interpretatur Gesenius, dicendo ea esse musicis monitum, ut, scilicet, cantantes adjuvent instrumento cuius extrema pars apertior liliæ formam refert, v. g. lito, aut alio ex tubarium genere quarum suuor sonus huic psalmo apprime convenire videtur. — Vide ibi dicta.

qua illa utpote naturalis et nativa omnem artis elegantiæ, quasi admiratam et imitatione expressam, superat. Ars enim imitatur naturam, sed non adaequat: hinc major est pulchritudo nature, quam artis. Ars enim est quasi simia nature: sicut ergo simia imitatur hominem et hominis gestus, sed non assequitur, nunquam enim fit homo, sed « simia est simia, licet aurea gestet insignia; » sic et ars nunquam pertingit ad dignitatem et decorum nature. Ars enim est quasi fucus nature, quasi umbra et imago nature: quantum ergo prestat veritas fuco, umbra imaginis, tantum natura prestat arta. Ita sanctus Chrysostomus: « Quantum, inquit, distat a veritate mendacium, tantum inter lillorum amictus et horum florum discrimen inter... » Et S. Hieronymus: « Revere, inquit, quod sericum, que regum purpura, qua pictura textricum potest floribus comparari? Quid ibi rubet ut rosa? quid ita candet ut lilium? Viole vero purpuram nullo superari murice, oculorum magis quam sericum judicium est. »

Denique flos nature est flos verus et vivus, flos vesti intextus est flos pictus et examinis: tantum ergo inter se differunt, quantum homo verus et homo pictus; ars enim est pictura et admiratio nature. Vetus est dictum: « Pulchros esse fetus artis, aurores nature. » Tacite hic notat Christus, quam exiles et villes sint vestes aureæ, serice, purpuree, in quibus opulentis vane gloriantur, quasque tanto labore et sollicitudine ambientur. Quid enim, ut ait S. Bernardus, est aurum et argentum, nisi terra alba et rubra? quid margarite, nisi excrenta concharum? quid purpura, nisi sanguis vilis piscesculi, qui purpura dicitur? quid bombycina, nisi netus et stama vermium, puta bombycum?

Tropologice Glossa: « Lilia, ait, sunt virgines, qui per augmentum virtutum in Deo crescunt, et indumenta gratia uestibus in presenti, et gloria in futuro. » Hinc illud *Cant. II, 1*: « Ego flos campi et lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. » Et *VI, 2*: « Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. » Vide ibi dicta.

30. SI AUTEM (Arabicus: *Si enim*) FOENUM AGRI, QUOD HODIE EST, ET CRAS IN CLIBANUM MITTITUR, DEUS SIC uestit: QUANTO MAGIS VOS, MODICE FIDET? — Liliis pulchris additæ vilæ herbam et foenum, ac majorem energiam. Pro foenum enim Grecæ es γέραιον, id est *herbam*, q. d. Si Deus herbam in agro tanto virore, tamque pulchris foliiculis et involucris uestit, qua hodie est et viret, cras delectat et siccatur, fitque foenum, ac in clibanum sive furuncum mititur, ut eum succendat et calcificat ad coquendos in eo panes(1); « Tunc magis

(1) Vocabulum γέραιον, inquit Kuinoel, ut lat. *græmino*. Justin. 36, 4, non tantum grænum, sed et flores, quid quid in hortis et pratis nascitur indicat; hoc tamen *foenum*

COMMENTARIA IN MATTHÆUM, CAP. VI.

os., » qui estis homines fideles, amici et filii sui, Deus vestiet? vos, inquam, qui sine causa estis modicae fidei, Graeca dixerant, id est parum fideles in Deo Deique paterna providentia.

Nota: hac increpatio Christus ostendit vulgarem de cibis et vestis sollicitudinem nasci ex nimia et non ferenda divinae providentiae diffidentia; si enim illi plane confidenter homines, non essent adeo solliciti, sed in a secure conquiserent, tumque Deus moderate laborantibus sibi fidelibus de necessariis omnibus provideret.

31. NOLITE ERGO SOLliciti Esse, DICENTES: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operemur? — quia vestis tegemus corpus nudum contra aeris injurias?

32. HEC ENIM OMNIA GENTES INQUIRUNT. — Est quantum argumentum, quod hinc terrenorum, puta cibi, potus, vestitus sollicitudo pagana sit, non Christiana, ideoque congruat paganis, qui Deum Deique providentiam ignorant, non Christianis, qui utramque credunt et sperant, imo in dies sentiunt et experientur.

Scit enim PATER VESTER (Graeca et Syrus addunt επίτιον, id est colestis) quia (quod, quantum et quamdiu) HIS OMNIBUS INDIGETIS. — Est sextum argumentum, q. d. Nolite esse solliciti et anxi in vestra cibi vestisque indigentia; nam Deus probe illum novit, imo videt et intuetur, quia Deus est: ergo eidem providebit, quia amat curatque vos tanquam filios, quia Pater vester; idque facere potest, quia coelestis est et omnipotens. Quin ergo in eum sollicitudinem vestram omnem devolvitis? Scit enim, vult et potest vestre necessitatibus succurrere: scit, quia Deus; vult, quia Pater; potest, quia Rex celestis in celo et terra pleno jure dominatur. Addit S. Lucas, xii, 29: « Et nolite in sublime tolli; » Graece μὴ προσβήτε, id est nolite in meteora aut alia presidia humana respicere, de quo ibidem plura. Unde S. Franciscus suis non ait dabit viciuum, quam illud Psalms, lvi, 23: « Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te emunet, » ubi pro curam tuam Hebr. est ιαχέτα; quod Chald. vertit spem tuam; S. Hieronymus, charitatem tuam; Vafablus, pondus vel sarcinam tuam, hoc est negotia, tuas sollicitudines, tuas erummas, tuam paupertatem et quodquid te onerat et gravat; Psaltes Rom., cogitatum tuum. Radix ιαχέτα significat affectum postulantis, q. d. Jacta quidquid tibi sollicitudinem, aviditatem, preceam anxiā movet et elicit, et ipse te emunet; Hebr., sustentabit, perficit, curabit (l). Quin et S. Petrus,

speciem de illo est intelligendum, quorum caues arefacti, utpote grandiores et crassiores, ut omnino herbe, frutices, flores, apud Orientales adhibeantur ad alendum ignem in fornacibus.

(l) Alii εἰα, et quidem, me justice, meliori via, ad sumendum adveniunt: Commissi Dno (quod) fecit ab eo, vita mea sortim tuam.

I epist. cap. v, 7: « Omnes, inquit, nem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. » Et S. Paulus, Rom. vii, 6: « Ibi solliciti sitis, sed in omni oratione et observatione cum gratiarum actione petiti: non vestra innescant apud Deum. » Vide ibi dica. Nobis enim mens est arcta, humeri et vires exiles. Deus autem latissimum habet providentia oculos, aequa ac humeros; ipse enim est verus Atlas, qui celum et terram humeris sustinet. Ita Deus casta Hebreos (erant in his facile duo milliones hominum preter quos, boves feraque animalia) in sterili deserto aliut magna vestesque eorum incorrupta servavit, immo fecit at ille cum pueris crescentibus sensim crescerent; idem fecit de calcis, idque per 40 annos. Sit etiamnum Deus ubi genitum mirabiliter providet, aliquid tot pauperes opifices, qui numerosam habent problem et familiam, ad quam alendam quotidaneus eorum labor et lucrum exile nullo modo sufficit, presertim quia sepe male valent; aut si sunt, non inventum quod operentur et lucentur: quod velut certum divine providentiae argumentum admiratur et celebrat alibi S. Chrysostomus. Fac enim computum, ac rationes subde tam lucri quam expensi, invenies longe plus eos expensae, quam lucrati sint. Fact ergo illis Deus, quod faciebat Hebreis colligentibus manna in deserto; qui enim minus collegerant quam mensuram Gomer, his Deus insensibiliter plus addebat, tantum, scilicet, quantum sufficeret ad implendum Gomer, Exodi xvi, 18. Gomer enim erat mensura diuinae virtutis cuique sufficiens. Quocirca Psaltes: « Dominus, ait, regit me (Hebr. Dominus pastor meus, vel pascit me), et (idecirco) nihil mihi decribit: in loco pascue, ibi me collocavit. » Psal. xxii. Cur ergo de crastino es sollicitus? cur Deo non fidis? injuriam facis Deo, divinam providentiam et curam Deo quasi admis et tibi arrogas. Meritis ergo te deseret Deus, tegue vacuum, egenum, famelicum et nudum relinquit. Longe ergo satius est sollicitum ambulare cum Deo solo, Miche. vi, 8, ei que dicens: « Ego autem sum mendicus et pauper, Dominus sollicitus est mei. » Dei enim sollicitudo pro nobis multo major est omni cura, quam pro nobis ipsimet gerere possumus. Est enim in Deo divina et immensa.

33. QUERITE ERGO (Graece ζητεῖτε, id est autem) PRIMUM REGNUM DEI ET JUSTITIAM EIUS, ET HEC OMNIA ADJICIENTUR (Graece προσβάσαται, id est apponuntur), ut legunt S. Cyprianus et S. Augustinus, scilicet panis et cibus pauperi famelicu in mensa a divite apponitur) VOBIS. — Primum, non tam tempore, quam dignitate, ait S. Augustinus, item estimatione et appreciatione, q. d. Maxime et praecepit querite regnum Dei, illud prae ceteris estimatione, et summi preti ducite, parvi vero bona temporalia, utpote quae tantum in ordine ad regnum Dei querenda sunt, quae a Deo mississe loco adjiciuntur, scilicet

COMMENTARIA IN MATTHÆUM, CAP. VI.

ubi hominum salutis id expediat. Errant ergo qui dicunt:

O cives, cives, quarenda pecunia primum:
Virtus post numeros.

Tales errores sunt et hodie eorum qui pinguis officia, beneficia, dignitates et praeturas omni diligentia querunt et procurant, parum de onere et aptitudine sua, ac de salute eterna cogitantes.

REGNUM DEI (coeleste, puta eternam beatitudinem et gloriam) ET JUSTITIAM EIUS — scilicet Dei (Graece enim est masculinum ἡρῷον), hoc est, media que ducunt ad regnum Dei, scilicet Dei gratiam, virtutes et bona iustitia opera, quibus coram Deo firmus justi vel iustores, quaeque Deus nobis prescrivit et mandavit, ut nimur ei eis praecipit obediamus.

ET HAC OMNIA ADJICIENTUR VOBIS. — Ergo ipsa non erunt merces bonorum operum, quia haec tota nobis servatur in celo, ait S. Augustinus, sed adjicientur quasi mantissa et auctoramentum exiguum ad pondus mercedis adiunctione: ipsa enim sunt bona infima, ait S. Chrysostomus, respectu celestium, ubi « supra modum in sublimitate eternum glorie pondus » expectamus. II Cor. ii, 17.

34. NOLITE ERGO SOLliciti Esse IN CRASTINUM (in tempus futurum); CRASTINUS ENIM DIES SOLlicitus ERIT SIBI IPSI, — hoc est de seipso: videatur legesse τώρα; jam legunt τόκως, id est de ribus suis, sed eodem reddit sensus. Est septimum argumentum, q. d. Sinite crastino, id est futuro temporis curam et sollicititudinem crastini, id est sui ipsius: ut quid ante tempus vultis esse anxi et miseri? licet enim hodie cura crastini vobis a cœursatis, nihil idreco minus curarum vobis servetur affteret dies crastinus, quibus sibi sollicitus et vobis molestus sit, ita ut non sit illius onera leviora reddituri, sed hodiernum diem nova crastini fascis injectione dumtaxat oneratur: suo ergo tempori sua servetur sollicitudo, hodiernum crastino crastina; ita sollicitudo in partes divisa minutetur, fletque levior et portata facilior. Sane, si anima ingredietur in corpus hominis, dum nascitur, videret universas egestates, molestias, dolores et angores quos per omnem vitam, per singulos dies, horas et momenta est subitura, exhorrisceret, desperaret, nec in corpus ingredi sustineret. Quocirca Deus celat et abscondit futuras erummas, que nobis obveniunt, ut singulis diebus singulis carpamus, et divisas carptim sustineamus: quod factu longe facilius est. Sapienter S. Chrysostomus hic: « Nequaquam, inquit, ulterioris diei cura te conterat: cuius enim diei spatium te visurum nescis, quam ob causam illius sollicititudine torqueris? » Et Sanctus ille ιαχέτα: « Quid prodest sollicitum esse de futuris contingentibus, que forte sunt, quam evenient? »

SUFFICIET DIEI MALITIA SUA. — Malitia, id est modestia, cura et afflictio « sua, » q. d. Quisque dies sumam homini affteret molestias et sollicitudinem: ut quid ergo frustra alias sibi de crastino et futuro accersit? Graecum ergo ρίζα, id est malitia, sumuit pro ρίζαις, id est mali illatione sive afflictione. Sic Jacob ait Pharaoni: « Dies peregrinationis meæ centum et triginta annorum sunt

Nota primo τὸς ήδος significat tempus praesens; crastinum, quodvis tempus futurum. Ita S. Hilarius et Hieronymus: simile est vers. 6, et cap. preced., vers. 27 et 29.

Secundo, per prosopopiam crastino hic trubulor sollicitudo, quia videlicet dies crastinus suggestor homini materialis novae sollicitudinis, qua pro tempore et re nata curari debet. Ita S. Chrysostomus. Simili schemate ait Poeta:

Nescis quid seru vesper vehat.

Et Psaltes: « Dies diei eructa verba, et nox nocti indicat scientiam. » Psal. xviii, 3.

Tertio, Christus hic non prohibet omnes crastinas, immenstratas et annuas provisiones frumenti, vini, olei, etc.; has enim prudentia economica requirit, ideoque has prudenter fecit Joseph in Aegypto, Gen. xi, 35; et Apostolus, Act. xi, 29. Unde S. Antonius apud Cassianum, Collat. IX, cap. ii, si nonnullos nihil in crastinum servare voluntates fuisset deceptos, nec potuisse arreptum opus congruo exitu terminare. Vide S. Augustinum, lib. De Operibus monachorum, cap. xxviii et xxix. Sed tantum vetat sollicitudines de futuro inutiles, anxias et intempesivas, videlicet, cum quis sollicitus est circa ea quorum cura secundum recitationem non congruit presenti tempore, sed futuro: talis enim tantum diei presenti et sibi ipsi omni curasque frustre accersendo et aggravando injuriam facit, et frustream molestan creat.

Sollicitudo ergo est duplex: Prior moderata et sedula, quam recta ratio tali rei vel negotio adhibendam dicit, quia a Graecis dicitur ξερόν, id est diligenter, et στρόψις, id est studium. Unde Isidorus, lib. II Etymol.: « Sollicitus, inquit, dicitur quasi solers citus: » id quantum scilicet aliquis ex quadam solerter animi velox est ad prosecutum ea quae sunt agenda; » unde solers dicitur quasi solus aries, ait Festus, id est totus artificiosus, industrius et ingeniosus. Hoc ergo sollicitudo est laudabilis et necessaria in omni prudentia et virtute. Posterior est immoderata, nimia, impetuosa, impertinens, qua homo timidus vel cupido frustre se discruciat et affligit de futuris eventibus, qui plane incerti sunt, nec prævideri vel impeditri possunt; haec Graecis dicitur μάταιος, (que vox hic est in Graeco) id est anxia cura, anxias, erummas; haec vetat hic Christus, ut dixi vers. 23. Unde Glossa interlinearis: « Non labor, inquit, et providentia damnatur, sed sollicitudo mentem suofacans. »

SUFFICIET DIEI MALITIA SUA. — Malitia, id est modestia, cura et afflictio « sua, » q. d. Quisque dies sumuit pro ρίζαις, id est mali illatione sive afflictione. Sic Jacob ait Pharaoni: « Dies peregrinationis meæ centum et triginta annorum sunt

parvi et mali, » id est miseri. Gen. XLVI, 9. Sic vice versa bonitas vel bonum sumitur pro leto, hilari et jucundo, ut : « Ecce quam bonum et quam jucundum, habite fratres in unum. » Psal. CXXXII, 1. Ita S. Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et S. Augustinus, lib. II De Serm. Domini in monte, ubi totum hunc Christi sermonem fuse explicat. Casam dat S. Chrysostomus : « Ut enim eos acris inciperet, inquit, ipsum pene tempus animavit, et velut afflictum ab omnibus introduxit, quasi quod contra illos de imposito sibi afflictione superflua clamaret. » Audi et S. Augustinum : « Necessitatem vocat malitiam, quia penalis est nobis; pertinet enim ad mortalitatem, quam peccando meruimus. Cum videmus servum Dei providere necessaria, non putemus agere contra Domini preceptum; nam et Dominus propter exemplum loculos habuit, et in Apostolorum Actis legimus procurata necessaria in futurum, ob imminentem famem: non prohibemur ergo procurare, sed ob ista militare. »

CAPUT SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo prohibet Christus ne alios judicemus et ne sanctum demus canibus. Secundo, vers. 7, docet insistendum esse orationem. Tertio, vers. 43, asserit viam in calum esse arcam et a paucis iniri. Quarto, vers. 15, monet fugiendos esse falsos prophetas et doctores, qui in vestimentis ovis celant lygum. Quinto, vers. 24, pronuntiat sapientem esse eum qui ita audit verba sua, ut illa faciat et opere impleat; ideoque similem esse edificanti domum, non in arena, sed in petra, qua ventis et procelsis omnibus resistit.

1. Nolite judicare, ut non judicemini. 2. In quo enim iudicio judicaveritis, judicabimini; et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. 3. Quid autem vides festucam in oculo fratri tui, et trabem in oculo tuo non vides? 4. Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo; et ecce trabe est in oculo tuo? 5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratri tui. 6. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculecent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos. 7. Petite, et dabitur vobis; quare, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis. 8. Omnis enim qui petit, accipit; et qui querit, invenit; et pulsanti, aperietur. 9. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suis panem, numquid lapidem porrigit ei? 10. Aut si pisces petierit, numquid serpente porrigit ei? 11. Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filii vestris; quanto magis Pater vester, qui in celis est, dabit bona peccentibus! 12. Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Haec est enim lex et Prophetae. 13. Intrate per angustum portam: quia lata porta et spatiosa via est, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. 14. Quam angusta porta, et arcta via est, quae ducit ad vitam; et pauci sunt, qui inveniunt eam. 15. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovi, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. 16. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficas? 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. 18. Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere. 19. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. 21. Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, intrabit in regnum celorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. 22. Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo dæmonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? 23. Et tunc confitebor illis : Quia nunquam novi vos: dis-

cedite a me, qui operamini iniuritatem. 24. Omnis ergo qui audit verba mea haec, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui adificavit domum suam supra petram; 25. et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat super petram. 26. Et omnis qui audit verba mea haec, et non facit ea, simius erit viro stulto, qui adificavit domum suam supra arenam; 27. et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina illius magna. 28. Et factum est, cum consummasset Jesus verba haec, admirabantur turbae super doctrina eius. 29. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut Scribæ eorum et Pharisæi.

1. NOLITE JUDICARE (temerarie et maligne), UT NON JUDICEMINI. — Nota: Christus non prohibet hic publicum magistratus iudicium, quo reos condemnant, innocentes absolvit, hoc enim necessarium est in omnirepublica; sed tantum privatum, cum scilicet temerarium est, aut curiosum, aut detractorium: hoc enim charitati et justitiae, ipsique Deo, cuius iudicium usurpamus, repugnat: proximo enim datum sumus non judices, sed socii: quare, si temerari malam de eo habemus opinionem, injuriari facimus, eique famam in animo nostro et apud alios, si eam ore proloquamur, exprimimus. Fama autem ingens est bonum, majusque quam sint opes. Ita S. Hieronymus, Beda in Reg. brevior, Reg. 104, et S. Augustinus: « Quis dubium est quo animo fiant, inquit, in meliore partem vult nos interpretari. » Nam quæcavisti, id est amor proprius et invidia impellunt hominem, ut in deteriorem partem illa interpretetur. Unde Glossa: « Vix quisquam, ait, inventus est ut hinc vitio carens, ut suis favens, aliena faciliter reprehendat. » Audi S. Augustinum, sern. 202 De Tempore: « De istis ergo, quae sunt Deo nota et nobis incognita, periculose nostros proximos judicamus. De ipsis enim Dominus dixit: Nolite judicare, ut non judicemini. De illis vero quae auctor sunt et publica mala judicare et redargere, cum charitate tamen et amore, et possimus et debemus, odio habentes non hominem, sed peccatum, non vitiosum, sed vitium detestantes, morbum potius quam negotium. Nam publicus adulter, raptor, assidue ebriosus, proditor, superbus, si judicati vel castigati non fuerint, impletur in eis illud quod beatissimus martyr Cyprianus de talibus dixit: Qui peccantem verbis adulantibus alpat, peccati fontem subministrat. » Causum perversitatis temerarii iudicavit dabant S. Antonius, dilectans nos sepe falli in ratione gestorum: aliud esse Dei cuncta clementis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium judiciali arcamus. Aequum autem esse nos nobis compati et invicem onera nostra portare, ut concessum examine salvatori proprias conscientias nosmetipos judicantes intucemur. Ita S. Athanasius in ejus Vita.

2. IN QUO ENIM JUDICO JUDICAVERIS, JUDICABIMINI; ET IN QUA MENSURA MENS FURERIS, REMETIUR VOS. — In quo et in qua, id est quo et qua, hoc est, quali iudicio judicaveritis alios, tale et vos subiubitis, scilicet temerarium, curiosum, infamans ab hominibus, a Deo autem curiosum exactum, rigidum et severum; Deus enim temerarius esse nequit: sin autem candide et benignè dicta factaque aliorum judicaveritis, in meliore partem illa interpretando, etiam candidum et benignum de dictis factisque vestris iudicium Dei et hominum experiemini: « Ut enim peccata exanimantur tui, ait S. Chrysostomus, legem tuam

hominibus, neque a Deo, q. d. Ita fieri, ut plurima aliorum iniqua iudicia effugias, aut saltem ut severum Dei iudicium non experiamini. Nota: hoc ut plurimum est verum, non tam semper. Christus enim, Apostoli et Sancti, qui neminem temere iudicarunt, a Pilato et Iudeis temere et injuste iudicati et condemnati sunt: semper tamen id verum est de iudicio Dei. Audi S. Augustinus, De Sermoni Domini in monte: « Temerari, qui punis alium, ipsa te puniet; nocte semper iniquitas injuriam facient. »

Vide hujus rei appositorum et illustris exemplum apud Anastasium Sinaitam, orat. De S. Synesi, quod recensuit Jacobus n.

Nonnulli codices cum Maldonato hic addunt: « Nolite condemnare, et non condamnabimini; » sed id delenti Graeca, Romana, Tertullianus, S. Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus et alii: esto id habeatur Luca vi, 37.

Narrat Leontius, Episcopus Cypri, in Vita S. Joannis Eleemosynarii, cap. XXXV, Vitalium, qui multis convertebat mœtrices, a quadam alapa eæsum et fornicarium iudicatum, sed hunc iudicem viciniam alapam accepisse a demone ab eoque possessum, nec potuisse liberari, nisi supplicem in cella Vitalii jam vita functi, ubi et in pavimento colitus scriptum legerunt: « Viri Alexandriani, nolite ante tempus iudicare, quodunque Dominus veniat. » Porro, quam ipse S. Joannes caveret ne quem judicaret, idemque alios caverre doceret, pluribus idem narrat Leontius. Sapienter S. Bernardus, rm. 40 in Cant.: « Excusa intentionem, inquit, si non potes opus, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. »

2. IN QUO ENIM JUDICO JUDICAVERIS, JUDICABIMINI; ET IN QUA MENSURA MENS FURERIS, REMETIUR VOS. — In quo et in qua, id est quo et qua, hoc est, quali iudicio judicaveritis alios, tale et vos subiubitis, scilicet temerarium, curiosum, infamans ab hominibus, a Deo autem curiosum exactum, rigidum et severum; Deus enim temerarius esse nequit: sin autem candide et benignè dicta factaque aliorum judicaveritis, in meliore partem illa interpretando, etiam candidum et benignum de dictis factisque vestris iudicium Dei et hominum experiemini: « Ut enim peccata exanimantur tui, ait S. Chrysostomus, legem tuam